

TIBI, Dómine, sacrificia dicáta reddántur: quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut eádem remédia fieri nostra præstáres. Per Dóminum.

SECRET

May these sacrifices, O Lord, which Thou hast appointed to be offered up to Thee for the glory of Thy name so be made holy, that they may become a remedy for all our ills. Through our Lord.

PREFACE OF THE MOST HOLY TRINITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo, et Spírítu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spírítu Sancto, sine differéntia discretiónis sentimus. Ut in confessióne veræ, sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre quotidie, una voce dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: Who, together with Thine only-begotten Son and the Holy Ghost, art one God, one Lord: not in the Oneness of a single Person, but in the Trinity of one substance. For what by Thy revelation we believe of Thy glory, the same do we believe of Thy Son, the same of the Holy Ghost, without difference or separation; so that in confessing the true and eternal Godhead, in It we should adore distinction in persons, unity in Essence, and equality in Majesty: in praise of which Angels and Archangels, Cherubim also and Seraphim day and night exclaim, without end and with one voice saying:

Ps. 50:21 **COMMUNION**

ACCEPTÁBIS sacrificium justítiæ, oblatiónes et holocáusta, super altáre tuum, Dómine.

Thou wilt accept the sacrifice of justice, oblations and holocausts, upon Thy altar, O Lord.


POSTCOMMUNION

QUÆSUMUS, Dómine Deus noster: ut, quos divínis reparáre non désinis sacraméntis, tuis non destítuas benignus auxiliis. Per Dóminum.

Grant, we beseech Thee, O Lord our God, that Thy gracious help may never be lacking to us whose strength Thou ceasest not to renew with Thy divine sacraments. Through our Lord.

For more helpful resources, visit
www.LatinPropers.com

Tenth Sunday After Pentecost



The Pharisee and the Publican by James Tissot, 1886-1894

Produced by
www.LatinPropers.com

The Priest sprinkles holy water before solemn Mass on Sundays.

The Asperges and Vidi Aquam

VIDI aquam egredientem de templo, a latere dextro, alleluia: et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, alleluia, alleluia.

I saw water coming forth from the temple on the right side, alleluia: and all those to whom this water came were saved, and shall say, alleluia, alleluia.

V. Confitemini Domino quoniam bonus:
R. Quoniam in saeculum misericordia eius.

V. Give praise to the Lord, for He is good:
R. For His mercy endureth forever.

V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto:
R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost:
R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Ps. 54:17-23

INTROIT

CUM clamarem ad Dominum, exaudivit vocem meam ab his qui appropinquant mihi: et humiliavit eos qui est ante saecula, et manet in aeternum: jacta cogitatum tuum in Domino, et ipse te enutriet. Ps. 54.2. Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: in- tende mihi, et exaudi me. V. Gloria Patri.

When I cried to the Lord He heard my voice, from them that draw near to me; and He humbled them, who is before all ages, and remains for ever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. Ps. Hear, O God, my prayer, and despise not my supplication; be attentive to me and hear me. V. Glory be to the Father.

DEUS, qui omnipotentiam tuam parendo maxime et miserando manifestas: multiplica super nos misericordiam tuam; ut ad tua promissa currentes, caelestium bonorum facias esse consortes. Per Dominum...

COLLECT

O God, who dost manifest Thy almighty power chiefly in showing mercy and pity; increase Thy mercy towards us, that we, seeking the way of Thy promises, may be made partakers of Thy heavenly treasures. Through our Lord.

1 Cor. 12:2-1

EPISTLE

FRATRES: Scitis quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae: alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum in uno Spiritu: alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum,

Brethren, you know that, when you were heathens, you went to dumb idols, according as you were led. Wherefore I give you to understand, that no man, speaking by the Spirit of God, saith Anathema to Jesus; and no man can say: The Lord Jesus, but by the Holy Ghost. Now there are diversities of graces, but the same Spirit; and there are diversities of ministries, but the same Lord; and there are diversities of operations, but the same God, who worketh all in all. And the manifestation of the Spirit is given to every man unto profit. To one indeed, by the Spirit, is given the word of wisdom; and to another, the word of knowledge, according to the same Spirit; to another the grace of healing in one Spirit; to another, the

alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

working of miracles; to another, prophecy; to another, the discerning of spirits; to another, divers kinds of tongues; to another, interpretation of speeches. But all these things one and the same Spirit worketh, dividing to every one according as He will.

Ps. 16:8,2 **GRADUAL**

CUSTODI me, Domine, ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me. V. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant aequitatem.

Keep me, O Lord, as the apple of Thy eye: protect me under the shadow of Thy wings. V. Let my judgment come forth from Thy countenance: let Thy eyes behold the things that are equitable.

Ps. 64:2 **ALLELUIA**

ALLELUIA, Alleluia. V. Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddetur votum in Jerusalem. Alleluia.

Alleluia, alleluia. V. hymn, O God, becometh Thee in Sion: and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem. Alleluia.

Lk. 18:9-14 **GOSPEL**

IN illo tempore: Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam justi, et aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Pharisaeus et alter publicanus. Pharisaeus stans, haec apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus. Jejuno bis in Sabbato: decimas de omnino quae possideo. Et publicanus a longe stans nolabat nec oculos ad caelum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico vobis: descendit hic justificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.

At that time, Jesus spoke this parable to some who trusted in themselves as just, and despised others. Two men went up into the temple to pray; the one a Pharisee, and the other a Publican. The Pharisee standing, prayed thus with himself: O God, I give Thee thanks that I am not as the rest of men, extortioners, unjust, adulterers; as also is this publican. I fast twice in the week; I give tithes of all that I possess. And the Publican standing afar off would not so much as lift up his eyes towards heaven, but struck his breast saying: O God, be merciful to me a sinner. I say to you, this man went down to his house justified rather than the other: because every one that exalteth himself shall be humbled, and he that humbleth himself shall be exalted.

Ps. 24:1-3 **OFFERTORY**

AD te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei: etenim universi, qui te exspectant, non confundentur.

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for.